

47 Disp. II. Part. III. de varijs mat: I. difficult. 48

Satisfit rationibus in subdivisione secundi Clypei positus.

*Num. 18.
Soluuntur
rationes co-
cedentes ma-
teria pro-
priam ex-
istentiam.
Ad primū.*

Argumenta, quibus Scotista adducuntur, vt concedant materia primæ propriam existentiam, sic dilunt Thomistæ.

Ad primū. Respondet Caietanus, ne-
gando quod inter materiam & formam non sit
necessaria connexio: & ad eius probationem
negat consequentiam, cuius probatio etiam
falsa est maior; per id autem, quod additur, scilicet secundum quod necessarij est homo, ne-
cessarij est hic vel ille homo; nihil aliud habe-
tur, nisi quod quia materia necessarij sibi deter-
minat genus formæ; Ideo materia non potest
esse sine hac vel illa forma, quod est intentum
Thomistarum; nec enim vales consequentia.
B necessarij est homo, ergo B necessarij est hic vel ille homo determinat sed vagè; & sic conceditur
quod materia necessarij sibi determinat for-
matum; ergo necessarij determinat sibi hanc vel
illam formam, non quidem determinat, sed vagè.

Ad Confir.

Ad Confirmationem vero, cùm dicatur: quid-
quid contingenter se habet ad quodlibet gene-
ris ab soli, contingenter se habet ad genus ip-
sum: distinguendum est, de contingenter se ha-
bere ad quodlibet, scilicet determinat vel vagè:
primo modo falsa est maior: secundo vero mo-
do falsa est minor; materia enim non contin-
genter sed necessarij se habet ad quamlibet for-
matum indeterminate & vagè. Ad aliam autem
probationem, Respondet, quod unum essen-
tialiter unum, & singulare negatiue, vt est ma-
teria prima, potest essentialiter dependere in es-
se à pluribus eiusdem generis Indeterminate &
vagè, prout illa plura habent unam rationem
communem: sicut in proposito omnes forma
conveniunt in hoc, quod dicit esse actuale. At-
que ut evidenter offendat Caietanus Infirmata-
tem subtilitatis Scotistica, sic refellit argumen-
tum: quantitas continua determinat sibi genus
figuræ; nullam tamen sibi figuram vindicat.

Ad secundū.

Ad secundum. Respondent Thomistæ, di-
stinguendo duplex medium, nimirum effectiu-
mum & formale; ex quo inferunt, quod quid-
quid immediatè Deus creat effectiuem: possit abs-
que media causa effectiuem conferre; non autē
absque media causa formalis, quale medium est
forma respectu materiae.

Ad tertium.

Ad tertium Respondent, neque approban-
do, neque reprobando maiorem; negant vero
minorem, quia licet forma non sit de essentia
materie, est tamen de essentia materie existentia.

Ad quartum.

Ad quartum. Respondent negando maiorem,
ex eo quod plus dependet pura potentia ab ac-
tu, quam actus imperfectus ab actu perfecto;
accidens autem est actus quidam, licet sit im-
perfectus.

Instant Scotista: Magis dependet posterius
à priori, quam prius à posteriori; sed accidentis
est posterius substantia, materia autem est prior
formæ; ergo magis dependet accidentis à subiecto,
quam materia à forma. Nec dicatus materiam
non esse priorem formæ, sed posteriorem: con-
tra enim sic arguetur; licet materia sit posterior
ordine perfectionis est tamen prior forma ordi-
ne generationis, & consequenter prior simpliciter,
vnde formatur argumentum: quandoen-

que sunt duo aliqui ordines, quorum unus sim-
pliciter est prior altero, quidquid est in ordine
priori, est simpliciter prius quocunque existen-
te in ordine posteriore; sed ordo originis, &
ordo perfectionis ita se habent, vt ordo originis
sit simpliciter prior ordine perfectionis, loquen-
do de creatis; ergo quidquid est prius origine, est
prius simpliciter quocunque priori ordine per-
fectionis; sed ita est quod materia sit prior ori-
gine formæ; Licet forma sit prior perfectione,
ergo materia est simpliciter perfectior formæ:
Probatur vero, quod ordo originis sit simpliciter
prior ordine perfectionis; nam priora gene-
ratione sunt posteriora perfectione; natura en-
im semper procedit ab imperfecto ad perfectum;
ergo quidquid est imperfectius, est simpliciter
prius quocunque perfectiori; sed materia pri-
ma est imperfectior formæ, ergo est simpliciter
prior formæ; sed omne prius in suo priori po-
test esse sine posteriori, ergo materia poterit
esse sine posteriori.

Ad hoc Respondent Thomistæ triplici re-
sponsione: & quidem primò dicunt, quod for-
ma licet sit posterior materia ordine genera-
tionis, sit tamen prior ordine generationis materia
existente; multū enim refert dicere materiam,
& materiali existentem: sicut superficies est
prior albedine, albedo tamen est prior superficie
habente esse album.

Pro secunda Responsione dicunt, falsum
ibi assumi, scilicet quod ordo generationis sit
simpliciter prior ordine perfectionis, stando in-
tra limites naturæ finita; cùi enim actus sit prior
potentia simpliciter, & prioritas actus sit priori-
tas perfectionis; consequens est, quod ordo
perfectionis sit simpliciter prior ordine genera-
tionis. Deinde quod est prius naturæ ratione, &
tempore, est simpliciter prius, sed ordo perfe-
ctionis est prior natura, ratione, & tempore, ordi-
ne imperfectionis, qualis est ordo genera-
tionis, qui se tenet ex parte causæ materialis; ordo
ergo perfectionis est prior simpliciter. Vnde ad
argumentum, concessum, quod priora genera-
tione sint imperfectiora, & natura procedat de im-
perfecto ad perfectum, negatur consequentia;
videlicet quod ordo generationis sit simpliciter
prior, quoniam enim agens naturæ prius attingat
imperfectum, oportet tamen prius agens in
se perfectum esse, vt habetur 12. Metaph. text.
com. 40.

Terria Responsio est: dato toto processu
argumenti, ultima consequentia nihil valet; fal-
sum enim est, omne prius posse separari secundum
rem à posteriori quolibet, vt amplius po-
ste declarabitur.

Ad quintum. Respondent sufficere causæ,
pro quolibet instanti temporis, quo actu causat,
habere existentiam, nec est necessarium, quod
pro quolibet signo naturæ insit ipsi existentia,
quo ineft causalitas; ordo enim naturæ talis est,
vt primo compositum, secundo forma, tertio
materia existat: vnde ad formam primæ instanti,
negatur maior, & ad primam Confirmationem
dicitur, quod materia causat quando ex-
sistit, quia pro omni instanti, quo causat existit,
quando enim est terminus temporalis.

Ad secundum Confirmationem, dices quod
licet causa, vt causa, non mendicet à suo effectu,
tamen